illius tunc nequam existit hie quod sit capax iuris; dico  
tñ in futuro, qđ aliunde potest esse iniuria hinc temporis  
futurum in quo erit, si e. nunc ego per modum vaticinij esse,  
verem falso aliqua crimina patienda ab hoie, nascitura  
eas tñegnum, mea vaticinatio taceret post triennium famam  
illius hois iam tunc nati, quam laesionem ego contra iustitiam  
cauto, si tñ retractassem dicta antequam ille, hoc existeret,  
tunc ñ peccassem contra iustitiam nisi affectuè, quatenus  
volui tacerè illum hoie quando existens.

Quæres: an potest Confessarius licite, revelare  
secretum confessionis, si poenitens iam est apiritualiter  
etiam quoad animam? Rđ melius videri qđ ñ potest non  
propter iniuriam qua fieret poenitenti sed qđ fieret sacra-  
mento, ex quo difficillius redderetur ipse hoies, si scirent  
sua peccata pcc. aperiri post eorum annihilacoem. Restat  
tñ in hoc puncto difficultas ñ levis, an si ille, cuius fama  
destraxi mortuus sit et damnatus in ñ infernum, adhuc  
teneat ex iustitia restituere famam quam abstulit. Negat  
Molina dicta disp. 28. quem sequitur Malderus in, pra-  
senti tract. 7. cap. 3. dub. 8. qđ damnati iam sñ hostes  
Dei et nr̄i nec sunt amplius proximi, quare obligatio ius-  
titia qua solum e erga proximos ñ extenditur ad illos,  
nisi forte, eorum infamia redundaret in infamiam aliorum,  
ut supra dictum e. hac sententia mihi nunquam placuit,  
imò videtur esse contra mentem oium, quis e. credat  
pcc. me sine culpa gravi not. de hæretico nobili nunc mor-  
tuo dicere fuisse peruellem contra Regem, proditorem  
patriæ, Parricidam, et alia similia sine ullo veritatis  
fundamento; potius itaq sine gravi scrupulo dicere,  
Artem fuisse, hoies Philosophia ignorum, Ciceronem oio  
incestum, Eucrotiam fuisse publicam meretricem et  
Pana eiuemodi, qua insentur durissima. Quod a priori  
e qđ damnaty hiet iam ñ ut otinaty ad eundem finem  
super,

regendam, adhuc tñ manet noster proximo quoad nām 136.  
humanam, ut diximus in Tractatu de Charitate, disp. j.  
sect. 3. non ergo debet negare illi ea quae ut homini de-  
bentur.

Confirmatur primo: qđ, ut videmus in eadem loca,  
nō est aliquis licite dehdinare fratri vel patri dampnato  
qđ hāt tormentum duplo maius quam de facto hāt nec  
alia mala similia. Et qđ adhuc consideramus ut proximi-  
mum nr̄m in nāe humana, a fortiori nō possumus illi  
auferre ea bona quae adhuc possidet, qualis ē fama iusta  
apud homines.

Confirmatur 2do: qđ, etiam in Republ.  
humana nō est ipsis qđ aliquis sit hostis Republ. possumus  
sine scrupulo graui eum infamare in omnibus materijs  
s: qđ imponendo illi alia crimina, ut haerese, sodomiam,  
perniciosum, Et licet damnati sint hostes Dei, nō ideo  
habemus ius, ad imponenda illis falso alia crimina,  
sine obligate retribuenti. Deniq; etiā cum peccator  
ē in hac vita ē inimicus Dei, et tñ nō ideo possumus  
eum infamare in alijs materijs, imo, saepe, neg in  
illa ipsa in qua peccat, Et hoc qđ ē ee saliquem ini-  
micum Dei non auferit prohibitionem nāalem laedendi  
famam illius. quod a dampnati nō solum sint inimici  
Dei sinq; ne etiam reconciliatis nō videtur satis ad hanc  
prohibitionem auferendam, nam sententia condemnatoria  
solum auferit ius ad ea bona, quibus per sententiam reus  
privatur non ad alia, Deas p. <sup>non</sup> privatus dampnatus ad  
huc bono fama quam apud hostes iusti possident, cur  
ergo potero ego eos, impune privare mea auctoritate  
privata, lateor tñ mirus peccatum ee extrahere mor-  
talis quam vivis, minus ē. indignat fama apud nos,  
et prius agere ferunt eius iacturam, et tñ saepe ee  
culpa grauis.

Quaritur 5to circa eandem retributio-  
nem fame, utram, qui revelavit defectum grauem al-  
terius vni tñ homini prudenti et graui teneatur ad  
restitutionem sub peccato mortali. Negat Caietanus  
infra q. 72. art. 2. ad ub. j. Petrus Navarra hb. 2.  
de restitutione cap. 4. num. 335. Corda tract. de de-  
tractione q. 2. concl. 5. Sā verbo infamare num. 4.

Grassius

Grassius lib. 2. cap. 137. quando ille cui dicitur talis  
est qui tacebit, neq. ea de ca. nocebit ei cuius defectum  
audiuit.

Contraria sententia est cuius et vera per se  
loquendo licet in aliquibus circumstantiis peculiaribus  
et per accidens fieri possit quod licet oportum. Ita  
late Molina dicta tom. 5. tract. 4. disp. 29.  
Sotus de Sabotia q. 30. art. 2. Banne dicta q. 73.  
art. 2. Valencia in pres. disp. 5. q. 13. punct. 2.  
Salonius dicta art. 2. Lessius cap. 11. dub. 11. Ferria-  
nus in pres. disp. 53. dub. 8. Maldenus tract. 7. cap.  
1. dub. 4. et alij cõuiter. Põ primò: qd. nocu-  
mentum illud n. fit leue ex eo qd. apud unum solam famam la-  
datur, nam inhonorat quod tunc testis Petrum, inho-  
noris consumetis grauibz eum afficiens e. negat. solum  
honoris a te debiti, nec laedis eius honorem nisi apud te,  
et tñ e. inhonorat grauis. Et taceri eius famam apud  
vnum solum p. e. detractio n. infamatio grauis.  
Secundo qd. ex opposita sentia requiritur eum qui detrac-  
torem audit quando solus audit, n. teneri etiamsi possit  
impedire detractorem, p. e. seruare secretum et ita  
facere qd. illa n. sit grauis infamatio. Consequens a. e.  
contra ocs, qui vniuersaliter obligant audientes ad corri-  
piendum et coercendum detractorem quando postumpit,  
ad qd. tenemur abigendo ex dybitia, aliquando saltem  
ex charitate. Tertio qd. raso malit aliq. suum  
defectum reuelari octo vel decem hominibus, quam vni  
cui peculiariter desideras placere, et apud quem exoptat  
bene audire qd. n. e. leue, sed graue nocuementum licet vnum  
tollat famam apud vnum.

Obicies primo: infamia est notitia multo-  
rum sicut et fama, Et ex eo qd. vnus seriat defectum  
Petri n. censetur infamis nec infamatus, nec illa pars  
fame quam perit p. censeri notabilis in ordine ad  
famam quod e. exordium multorum. Et ad peccatum  
grauiter n. requiri qd. detractio reddat proximum  
infamem, satis e. si laedat notabiliter eius famam,  
hoc e. si inferat qd. notabile nocuementum, sicut ad  
furtum graue n. requiritur reddere pauperem illum  
cui res auferatur, sed satis e. taceri notabiliter in  
bonis

bonis fortune, ita ad inhonorem grauen n̄ requiritur. J37.  
q̄o alij perdat magnam partem sui honoris, sed q̄o patria  
tur inhonorem notabilem qualis e illa q̄a ab uno  
solo contumeliosè tractatur.

Obijes 2do: q̄a hoc e damnare plures qui  
alioquin n̄ videntur graviter peccare, v. q̄i coniuges  
q̄i sibi inuicem reuelant delicta filiorum et famulo-  
rum, poenitentem qui confessorio reuelat delictum con-  
iugis, eos etiam qui consilij petenti caa manifestant  
delicta alteris, et alios similes, qui cum bona intentio-  
ne procedant n̄ videntur hinc damnandi.

Ex ista caa delictum secretum alterius  
hinc reuelare alicui, quando a sit iusta caa p̄sent  
excircumstantiis. In casibus a p̄dictis dicimus coniuges  
regulariter habere iustam caam q̄a ad vtramq̄ pertinet  
gubernac familia, quod vix poterunt facere nisi cog-  
noscentes mores et defectus vtriusq̄, ut circa eos inui-  
gilent, pertinet etiam ad ipsos punire defectus domesticos,  
tam, tam quam poenitentem spectare, ut tanquam pars  
illa manifestat matris. et etiam in caa alij ex domes-  
ticis vel externis interdum eos domesticorum defectus  
Patrifamilias reuelare possunt tanquam commensales iudici,  
sicut supra dicitur 3. sept. 7. posse quemlibet denunciare  
delicta secreta, q̄a hoc necessarium e ad publicam qui-  
etatem et pacem, sic etiam cum proportione defectus do-  
mestici possunt deferri Patrifamilias ad quietem et  
pacem domesticam conseruandam, poenitens etiam  
pot et debet se reuelare compliciti, quando e necessa-  
ria e ad suam poenitentiam, confitensq̄, n̄ quia non  
tardatur hoc modo sapere complicitis, sed q̄a bonam scru-  
pulis hinc mala ab ipso compensat, quando vero sit  
proprium peccatum explicari non reuelato defectu alie-  
ni, sed ipse seipso, omnino fieri. De illis deniq̄ qui con-  
silio petenti caa reuelant delictum proximi, regula specia-  
lis generatis e per se loquendo tunc id licere q̄ando  
necessarium exhibetur ut aliquis sciat quo modo se  
gerere debeat in eo casu quomodo debeat proximo suo  
promuere.

Pro his a. caibus aduertenda s̄ aliqua  
qua culpam hanc solent vel extenuare vel tollere.  
Primum

Primum e plarum excusari a culpa eiusmodi reuelationem  
propter verisimilem ratihabitionem illius cuius defectus  
aperitur, v. g. aliquis mihi secreto scripsit defectum suum  
ut ei remedium adferrem, video ergo si potest fieri nisi  
rem cum aliquo Prelato, conuicem, et verisimiliter credo  
non fore. Contra voluntatem illius de quo agitur quan-  
tumcumq; mihi soli rem voluerit conuicere, existimus eam  
voluntatem praesumptam sufficere in presenti ad excusan-  
dam a peccato iniudicia, sicut in mala pecuniarum ad  
excusandum a furto; non tñ haberet locum haec voluntas  
praesumpta poenitentis ad reuelandum licite secretum con-  
fessionis propter summam reuerentiam illius S. m. Do.  
similiter n videtur ita scrupulose agendum cum ijs qui  
consilium petunt, ut n liceat eis consulere nisi vnum,  
fateor quidem si potest metaphisicae cogitare quod minus con-  
siliu sufficeret, ita inuicem est n licite consulere duos,  
non e. nec reuelare consultori defectum secretum proximi  
nisi necesse sit; coeterum moraliter loquendo id certum  
e quod vnius consilium erit vtilius quam duorum,  
quis enim scit quod secunq; consultor non adferet ali-  
quid noui quod primum latuit, censeo ergo rem hanc  
moraliter transigendam, ut qui consilium petat ita se gerat,  
sicuti solet in alijs rebus grauib; se gerere, consulendo  
eos qui prudenter iudicantur consulendi ac in ea re erretur  
quorum oim consilium si aliquando fortasse n erit acco-  
sarium non peccatur regulariter, qd iuxta regulas pruden-  
tia illi videntur consulendi, laudanda itaq; e cautela  
ut quantum fieri potest cum minori fama iactura consulatur  
proximo, sed non videtur res ita scrupulose menuranda, ut  
non possit certa regula praescribi et saepe potest errari si ab uno  
solum consilium petatur, ideo fortasse Chrys. Matthaei 18 non  
praescripsit determinatum numerum testium, sed dixit adhi-  
be tecum vnum vel duos ut in ore duorum vel trium stet  
omne verbum; Ecce licet sufficerent duo testes, noluit  
tñ Chrys. ad duos solos adstringendos, qd haec obligao habet  
latitudinem aliquam et poterit homo adhibere duos vel  
etiam tres, qd nescimus an aliquando duo satis futuri  
sint ad intentum correctionis. Tertio excusant aliqui  
a peccato graui eam qui reuelauit amico iniuriam sibi  
ab alio factam non quidem animo detrahendi, vel ramedia  
vindicta

vindicta, sed consolationis accipienda vel doloris mitigandi, 138.  
durum enim videtur quod cogatur aliquis iniuriam accep-  
tam apud se solum conuocare. ita Nauarra dicto lib. 2.  
cap. 4. num. 343. et insinuat Molina dicta disp. 29.  
num. 5. et clarius Lessius cap. 11. dub. 12. qui limitat ne-  
pluribus dicatur quam ad consilium vel solatium requiritur,  
nec nominetur persona nisi ad fines valde expediat.

Quaeritur 6to: vitrum infamator debeat restituere  
aliqui pro detrimento fama quam passus e infamatus in  
tempore infamatis, antequam de veritate considerit; v.g.  
aliquis fame infamatus de haeresi, post aliquos menses constat  
eam fuisse meram calumpniam quia detractor retractauerat  
quod dixerat, sine alio modo: quaeritur, an detractor  
teneatur restituere pro infamia illa quam tempore eo medio  
passus e infamatus, non e autem quaestio de damnis alijs  
extrinsecis in pecunijs vel in huius cessante, aut alijs debri-  
mentis qua ex occasione acciderunt, ad haec enim compen-  
sanda non est dubium quin teneatur, sed proinde de damno  
illo quod sustinuit carens qua fama toto illo tempore.

Hanc quaestionem primus omnium excitauit  
Molina dicto tract. 4. disp. 42. et licet sequatur  
partem negantem quam oes videntur supponere, et quam  
praxis confessorum videtur comprobare, adfert tñ aliquot  
raones dubitandi pro parte affirmante, qua non leuem videntur  
habere difficultatem.

Prima e quod fama sicut coalescit ex mul-  
torum exidimatoe qui nos cognoscunt, ita coalescit et inbe-  
gratur ex opinione quam iurguli hnt de nobis successiue  
toto isto tempore, itaq pars fama e opinio hodierna, pars  
opinio crastina, atq ita constat ex opinione successiua  
totius temporis & sicut qui ab iudice mihi famam apud  
quatuor n plene restituit, si solum restituit apud duas  
nam restituit solum quoad partem, ita si quis mihi resti-  
tuat famam crastinam et non hodiernam, non restituit  
totum sed partem, illa enim fama hodierna, qua e pars  
integrans mea fame, non compensatur per famam crastinam  
qua aliunde debita erat.

Confirmari id et explicari difficultas ex  
differentia qua e inter pecuniam et famam, nam pecunia  
etiam si fuerit iniuste detenta per  
restituenda

restituatur eadem pecunia nihil amplius debetur per se loquendo, nisi ea occasione. Unde passus fuerit aliquis destrimenti, lueri cessantis, vel eam emergentis, quia pecunia est una entitas simplex, non constans ex partibus thomerna et cradina; at vero fama est ricati si habes fontem olei vel vini, quem quis tibi iniuste impediret si satisfaceres restituendo eundem fontem literum, sed debet res ulterius restituere, aliquis pro illo tempore, medio quo fuit impeditus, sic fama est fons a quo oritur quod alij hodie et cras bene de te opinantur, & non est satis ponere famam in pristino statu nisi aliquid restituatur pro illo fluxu, qui fuit impeditus tempore intermedio. hoc ipsum condas in domo quam qui iniuste a te tulit, non satis, facit restituendo domum nisi aliquid addat pro usu domus, quo dominum principis tempore intermedio, fama etiam fuit, sed nominis fuisse utilis tempore illo intermedio, sed magis quam domus, neq. e. minus bonum hoies bene adire apud alios, quam habere domum commodam ad habitandum.

Secundo arguit idem Motina qd cum alij quis iniuste infamavit, si aliter non potest restituere, tenetur pecuniis compensare, damnum illud futura infamia, quam reparare non potest ut ipse laetis & non minus debetur pro parte, duravitis praeterita, quam eandem reparare si potest, aliquid aliud adiungere cum non minus laedat iniuria praeterita quam futura.

Propter has rones dicit hanc rem esse difficilem, et quidem optimo facturum Casparium qui poenitentem consulat compensare laedibus vel beneficiis aut orationibus damnum illud infamia recenta, absolute non <sup>receden-</sup> dum a coram sententia et praeterita qua hanc obligationem si agnoscit, quare ad difficultates propositas respondet concedendo damnum infamia <sup>receden-</sup> praeterita esse futurum ab infamia futura, non tam esse obiectum restitutionis, quando aliud damnum recitum non est, qd iustitia per restitutionem nem solum intendit, quod ille qui laesus fuit non patiatur, nunc damnum ex iniuria recenta, non vero intendit quod non fuerit passus damnum, solum enim intendit quod non minus habeat, non quod non minus habueris quam debeat habere, cum ergo ex infamia illa praeterita nullum iam

patiatur

patiatur damnum, ille qui laesus fuit, consequens e ut infra, § 39.  
mator solus teneatur ad impedendum damnum praesens  
vel futurum ex infamia praesenti vel futura, sicut qui iniuriam  
privatam alicuius corporis sanitate, satisfacit restituendo illum  
in pristinum statum sanitatis, quia hinc carentia sanitatis pro  
tempore illo praeterito fuerit verum damnum diuersum a  
carentia praesenti, non e tamen damnum permanens ad quod  
impedendum inclinet iustitia, sed damnum merie praeteritum.

Haec solutio videtur adhuc difficilis, supponit e.  
pro damno merie praeterito nullam deberi restitutionem  
ex quo principio videntur aliqua sequi contra praesentem res-  
titutionem, v. g. si iniuste impedisti Paulum ne pran-  
dent apud Petrum et particeps est sumptioni cotinui  
non teneri te ad restituendum Paulo aliquid pro prandio  
amisso, quia totum illud damnum e praeteritum, item si  
impedisti iniuriam Titium ab usu dimidia domus sua  
et cogisti eum anguste et incommodie habitare in reliquo  
dimidio non debere te adhuc pro illo damno quia e praeteri-  
tum, nunc enim nec haberet aliquid permanens cotinui  
praeteriti nec commoda habitatio, quae tamen oia videntur  
valde absurda, quare videtur negandum iustitiam in-  
tendere ponere aequalitatem cum altero prout erat quan-  
do passus e iniuriam, ita ut nihil minus habeat nec  
habuerit quam debuisset habere, quod etiam probari  
potest, quia ille qui damnum passus e tunc quando actu pa-  
tiebatur damnum, capendo v. g. domo sua poterat licite  
compensare sibi occulte alterius quantum  
illud damnum valebat & habuit ius ad eius bona  
hoc autem ius postea non perdidit & etiam postea habet  
ius ad illam compensationem.

At tunc ergo responderi potest ad arguta proposita  
et quidem facilius in vris principiis concedendo damnum  
illud infamia praeterita e. diuersum ab infamia praesenti  
vel futura, negando tamen pro illa parte praeterita deberi res-  
titutionem. Ratio a. e. quia pro bonis fama non debetur  
compensatio in pecunia vel alio genere bonorum, ut supra  
vidimus, quando in suo genere non potest restitui, illa  
autem pars fama praeterita non potest in proprio genere repara-  
ri & pro illa, ut praeterita e nulla debetur compensatio,  
eadem a. e. ratio de bona valetudine iniuste impedita,

neg  
B

neg. e. pro parte illa valetudinis praeterita aliquid dari potest, nam, ut supra vidimus, bona corporis non possunt alio genere bonorum compensari.

Quaes: poterit saltem restitui pro infamia praeterita in eodem genere fama argendo tantam in bona fama quantum abimatur iactura praeterita. Res neg. ad hoc obligare iustitiam, quia illud quod argetur bona existimationis non est illa fama perita, sed alia fama de alia excellentia diversa, quae de se non est apta ad compensandum pro alia fama, nam qui infamavit Petrum de adulterio v.g. non satisfacit commendando eius doctrinam vel prudentiam, neg. ad hoc tenetur etiam si non possit aliter tollere infamiam adulterii, quia nempe Petrus per istam eandem famam non censetur habere formaliter vel aequivalenter priorem famam, in alijs quidem rebus qui abstulit v.g. triticum debet restituere saltem pecuniam vel oleum, quia pecunia vel oleo poterit haberi triticum; at vero qui abstulit famam circa castitatem non tenetur commendare circa doctrinam, quia haec fama non sufficit ad compensandam famam circa castitatem.

Quaeri solet in presenti: an qui sine peccato aliquem infamavit, qui vel credebat verum et publicum esse vel alia ratione, tenetur tamen ex iustitia ad restitutionem quando aduertit errorem. de hoc dubio dicimus satis sup. 4. sect. 3. dubio 6.

## SECTIO III

Aliquot dubia circa restitutionem bonorum fortuna?

Perstringamus saltem hoc brevi tempore, quod restat, aliqua potissima dubia quae magis videntur obnoxia restitutioni disputationi. Primum est utrum tenetur restituere qui accipit rem, quam si petisset impetrasset a Domino, scilicet tamen Domino displicere quod accipitur sine eius licentia. Communissima sententia est non

non esse furtum grave, quando aliquis rem non petitam, 140.  
quam si petisset Dominus dedisset. ita D. Antoninus, Rosella,  
Angelus, Sibueder, Fabiana, Arragonius, quos adfert Sa,  
chez lib. 2. de regularibus cap. 19. num. 13. Illi vero hoc  
extendunt ad eum casum quando Dominus displicet modus  
ille accipiendi sine licentia dum tamen non significat subtrahen-  
tia. ita Castanus, Armilla, Navarrus, Mendoza, Trebellg,  
la, Tedema, Emanuel quos affert et sequitur idem Sa,  
chez ibi, quibus accedit Estius cap. 12. dub. 8. num. 28.  
et q. 9. et cap. 91. dub. 9. in fine, quam tamen doctrinam limi-  
tas ut non habeat locum quando Dominus non concederet rem  
ad illum usum, ut si Dominus concederet quidem libenter ad  
concedendum, tu autem accipias ad vendendum, pro ad quod  
Dominus etiam rogatus non concederet.

Contra hanc sententiam est etiam cois difficultas  
quam ut Suarez tom. 3. De Religione lib. 8.  
de State Religioso cap. 11. et Sanchez loco cit. quia scilicet  
licentia interpretativa solum secundum statum condi-  
tionalem quatenus daretur si peteretur non sufficit ad  
valorem aliorum actuum v. g. ad audiendum confes-  
siones vel ad arduum Matrimonio, licentia enim con-  
ditionalis non est licentia sed si peteretur, & non suffi-  
cit ad accipiendas et alienandas res alienas alteri eo iusticio.

Quod omnibus alijs solutionibus negando conseq-  
rationem eius dixerimus dedimus in Tractatu de ac-  
tibus humanis disp. 1. tit. 5. agentes de voluntate  
interpretativa quia nempe ad sacramenta et eorum  
valorem, ad iurisdictionem requiritur voluntas positiva  
antecegens, quae causet illos effectus, at vero ad execu-  
tandam malitiam furti non requiritur voluntas posi-  
tiva Domini, sed solum quod non sit positiva inuitus, hoc  
autem tollitur quoties Dominus sit dispositus etiam me-  
ut si ego peterem rem daret mihi, nam enim non habet  
repugnanciam seu voluntatem absolutam quae velit me  
non usurpare illius librum.

Proes. licet illa voluntas interpretativa  
sufficiat ad hoc ut Dominus non sit inuitus, et per conse-  
quens ad hoc ut mera usurpatio non sit furtum, eo quod  
non sit contractatio inuito Domino, non tamen videtur suffi-  
cere ad hoc ut ego valide vendam vel donem rem illam alteri,

ad

ad transferendum enim dominium requiritur voluntas  
Dni & Dno incisi non possum valde transferre domi-  
nium rei, sed ad summum ex consensu interpretativo, non  
erit factum usus illius rei.

Quod valere etiam illam voluntatem inter-  
pretativam ad rem valde distrahendam sicut ad consumi-  
endam, ex consensu enim interpretativo applicis illam mihi  
ac si esset in nullius bonis, cum non inveniam voluntatem  
alicuius Dni impediens, ac proinde iam verum est in ea.  
unde infero si Religiosus ex praesumpta voluntate alicui  
saecularis accipiat aliquid ex bonis illius non potest postea  
hunc Religiosum mutata voluntate illam rem reddere  
priori Dno sine licentia Praelati, quia iam per illam  
licitam applicacionem fuit acquisita monasterio, et per  
consequens non potest illam relinquere sine voluntate Praelati.  
restat tamen maior difficultas contra eandem eodem doctri-  
nam ex ipso exemplo Religiosi, videtur enim sequi Religi-  
osum non peccare graviter contra paupertatem accipien-  
do simuliter vel dando aliqua sine huiusmodi licentia  
Praelati, videtur enim concedere sequelam Navarra, Men-  
doza, Trebellus, Emaquel apud Suarez supra, videtur etiam  
facere Emisset Suarez ubi supra. hoc tamen indiget  
Dni fallor, magna limitate et explicato, ahoguin facile  
evertetur tota Religiosis disciplina et paupertatis obser-  
vatio, si enim Religiosus potest non petita licentia dare vel  
accipere ea omnia ad quae Superior rogatus licentiam conce-  
dit, ~~etiam~~ <sup>etiam</sup> requiretur petita licentia ad aliquid dandum vel  
accipiendum, imo si eam doctrinam semel admittas poteris  
gradatim ascendere ad praesumedam licentiam Superioris  
Praelati, ita ut si non credas Priorem vel Praelatum imme-  
diatate concessuram licentiam praesumas Provincialem  
concessuram si peteretur, vel saltem Generalem, ac denig  
Iuxta primam Pontificem, atq; ita de licentia praescripta Papa  
potest ea non petita disponere ad libitum de ortus, quae  
quidem abrogata sunt et Religiosorum statum funditus  
evertunt. Ita ergo eorum sententia debet cum grano  
salis illigi, potest enim Dominus dupliciter esse in vitis circa  
modum. Primo quando illi displicet talis modus ut rase  
illius sub etiam circa substantiam hic et nunc, atq; adeo  
licet rogatus daret rem, non vult tamen quod accipiat sine  
eius

141.  
eius licentia, imo vult obligare quantum e ex se accipi, 141.  
entem ad restituendum. Secundo potest ita dupliciter modis,  
vt non in Deo sit ois inuitus hic et nunc circa substantiam,  
hoc e, non ideo no vult vti iure suo aduersus accipi,  
entem, et in hoc secundo sensu intelligi debet illa cois  
sententia non veto in primo. Ipsi enim Authores  
fatentur, vt vidimus, non habere locum illam doctri-  
nam quando Dominus non daret rogatus rem ad talem  
vsum suo ad alium: qua limitatio fundatur in hoc, quod  
tunc Dominus ita e inuitus circa finem, vt ratio illius sit  
etiam inuitus circa substantiam hic et nunc. Et quando  
dicunt sufficere Dominum non ee inuitum circa substantiam,  
ita debet intelligi de Domino, cui ita dupliciter modus vt fa-  
ratio illius dupliciter notat vti tota iure suo neg abli-  
gare ad restitutionem; quia ergo in Religionibus vbi  
paupertas stricte obseruatur Praelati sunt ita inuiti  
circa modum vti rei sine licentia vt ois velint vti  
iure suo, et obligare ad hoc vt inuiti non vtantur rebus  
sine licentia. Hinc e non sufficere subito ad excusan-  
dam graue peccatum contra paupertatem scire quod Pra-  
latus rogatus daret ois licentiam, vbi in contrariet Prae-  
latis non ita dupliciter illum modum vt ratio eius velint  
etiam se inuiti, circa substantiam sed solum circa modum,  
ibi potest habere locum cois sententia. et ita videtur limi-  
tare illam Sanchez vbi supra num. 10. dicens debere Dominum  
non ee notabiliter inuitum circa modum, nam si non solum  
aliquantulum, sed ois sit inuitus circa modum, tunc acci-  
piens rem non excusatur a furto, nec excuso ab hoc modo  
explicandi diuertire Suarez lypo citato.

Secundum dubium it ee de bonis qua de-  
bentur Domino incertis an et quibus debeant restitui, ser-  
mo autem e de Domino proprie incertis, nam quando constat  
deberi maiori parti alieius communitatis Dominus non e  
ois incertus, debet enim restitui in utilitatem illius com-  
munitatis, suggerimus enim debere iudicio prudenti fieri  
sufficiens inquisitionem Domini, si autem ea facta expen-  
duntur in pios vsus iuxta consilium Praelati vel Confessoris  
postea apparens certo Domino non tenetur ad iterum restitu-  
endum. Difficultas tota e quando post inquisitionem  
non inuenio Dominum, certum tñ e deberi tunc ex delicto  
sine

sive ex contractu. an et cui debeat redditus. consentiant  
oēs ea quæ ex iniusta acceptione debentur, reddenda esse  
pauperibus si non inveniatur Dominus rex hæredes, ita enim  
definitur ab Alexandro Papa in cap. cum dudum de usuris,  
et habetur in cap. nemo qui rapit, §. q. s. s. ubi S.  
nemo, inquit, qui rapit, moriens, si habet unde reddat, sal-  
vatur, si eos quorum fuit iniussive non poterit Ecclesia  
vel pauperibus tribuat. de ijs vero rebus quæ oriuntur ex  
contractu Navarra cap. q. dicit sic licite retineri, quasi quæ  
sint in nullius bonis, quam sententiam dicit Lessius ubi  
supra non esse improbabilem et Malderus eam probabilem, ubi  
ita cum coram dicit etiam bona deberi pauperibus. ita  
S. Thomas 2<sup>æ</sup> 2<sup>æ</sup> q. 62. art. 5. et alij. an vero hæc obligatio  
sit ex iure naturali vel solum ex iure positivo non satis  
convenit. mihi magis placet oriri ex iure naturali, hæc  
hæc est ratio fore omnium sententia, ut fatetur ipse Lessius  
ubi supra, et constat ex S. Thoma et alijs, quodam fert Vas-  
quez. P<sup>o</sup> primo ex iuribus creatis, Alexander enim  
dicto cap. cum dudum expresse docet usurarium debere  
omnino restituere pauperibus, et rationem reddit, quia  
alioquin non potest dimitti peccatum nisi restituatur ablat-  
tum, non ergo statuitur illa restitutio tanquam poena,  
sed declaratur necessitas ex precepto naturali restitutionis,  
similiter in dicto cap. nemo S. non condit ius sed  
respondet quid debeat fieri ex obligatione natura.

Secundo p<sup>o</sup>: quia hæc textus Alexandri lo-  
quatur de usurario, et per similitudinem potest extendi ad  
loem iniustam usurarium, nullus tñ invenitur textus in-  
ducens huiusmodi præceptum alijs qui ex contractu vel alijs  
sine peccato habuerunt rem alienam, et tñ fere oēs fatentur  
hæc etiam debere reddi pauperibus & hæc obligatio oritur  
ex iure naturali, præterea res illa adhuc manet sub domi-  
nio antiqui Dñi & debitor debet disponere de illis iuxta  
voluntatem saltem præsumptam Dñi, quæ rationabiliter hæc  
est ut si ei tradi non possit saltem expendatur utriusque in eius  
obsequium meliori modo quo fieri possit, qualis est in usus  
pios utiles sibi et ipsi Dño.

Obijcies primo: si creditor est mortuus in pec-  
cato cui iam elemosina non proderent, non potest præsumi  
talis voluntas Dñi. R<sup>o</sup> attendi debere ad voluntatem  
quam

quam habuit formaliter vel virtualiter tempore mortis  
 quasi testamentum ignis, oes autem censentur tunc velle  
 ut huiusmodi bona expendantur in publicam utilitatem  
 meliori modo, et circa debita quidem ex delicto, ut furto,  
 et rapina certum e, nemo enim vult ea retineri a fure,  
 ne dicitur praesertim occatio noxia furtis. De alijs vero debi-  
 tis ex contractu praesumitur etiam prudentissime de func-  
 tum voluisse ea sic expendi in utilitatem vel suam vel publi-  
 cam, iuxta hanc intentionem igitur expendi debent, sicuti  
 si aliquis gravaretur suum heredem ad dandas elemosinas  
 teneretur publica heredi dare illas quamvis donaret illi de  
 damnate testatoris, debet enim disponere de rebus defuncti  
 iuxta ultimam ipsius voluntatem et non iuxta eam quam  
 nunc habet, quia tunc erat Dominus et poterat disponere, nunc  
 autem nec est Dominus nec potest ulterius de illis bonis dispo-  
 nere.

Obicies 2do: quia si debeantur iure nae pau-  
 peribus & non possit dari alijs & inique praescribitur  
 aliquibus legibus quod consanguinei usq ad 10 gradum  
 succedant decedentibus ab intestato. Et eas leges  
 esse vane inane, quia a frequenter contingentibus pro-  
 sumit legislator defuncti voluntatem fuisse quod sua bona  
 darentur potius suis consanguineis quam extraneis, neq pra-  
 cipitur inique ut defunctis consanguineis succedat  
 Fiscus, hoc enim ordinatur ad bonum coe et publicum,  
 quod etiam praesumitur voluisse defunctus post bonum  
 consanguineorum, quando vero Princeps suis legibus ap-  
 plicat huiusmodi bona aliquibus privatis Magnatibus  
 ea applicat ad bonum etiam publicum spectat, ut pote  
 retributio obsequiorum et factuorum in utilitatem Regnab.  
 aut ob alias iustas causas, vel leges illa iuste non sunt,  
 quod non est progumendum.

Primo infero primo hanc applicacionem et dis-  
 tribucionem licet regulariter fieri debeat per Praetarium  
 vel Confessarium, hoc tñ fieri per ipsum debitorem.

Infero 2do debitorem si et ipse pauper sit  
 hoc sibi per modum elemosina applicari in parte vel in  
 toto illa bona, licet hoc non sit faciendum sine consilio,  
 Confessarij propter magnum periculum fraudis, cessante tñ  
 omni periculo non videtur illicitum, et hoc etiam si ea  
 bona

bona deberentur ex iniusta acceptione.

Infero 3tio noie pauperum intelligi hui etiam alia opera pia, imo et illos etiam, qui hec non cogantur mendicare, attenda tñ ipsorum qualitate notabiliter egent, nec possunt nisi egre se in decenti statu sustinere.

Infero 4to si debitor quia pauper erat facta, inquisitione supplicavit sibi ea bona, et postea compareat Dñus tenari ea restituere. Dño si adhuc extant, vel eis non extantibus pretium in quantum factus e ditior, imo etiam si alijs pauperibus essent data, ipsi tenerentur bona si extantia vel pretium quatenus ditiores facti sunt reddere Dño.

Infero 5to quomodo hueret vti compositiones quam Papa vel eius Legati solent concedere super hu, iusmodi bonis pro aliqua minori quantitate, applicanda ad certum usum; v.g. per Bullam (ruciata fit) compositio super quatuordecim vel quindecim scutis pro duobus Salus applicandis ad bellum contra infideles, utrum enim est quod ex rationabili caa fieri possit a Pontifice ea compo, satio, an vero de facto detur caa ratabilis ad tantam condonationem pro tam exigua quantitate, e questio facti: et in dubiis presumendum e pro Pontifice qui e supremus dispensator in ordine ad finem spiritualem, ac proinde pot iudicare expedire ad bonum iure in his circumstantijs quod pro minori quantitate, condonetur maior, attenda videlicet horum fragilitate, et difficultate, restituendi et attenda necessitate alicuius op operis, quod si Dñi, post Pontifex illud alia via compensare dando illis de thesauro Ecclesie per indulgentias plus quam hac via amittunt.

Adverte tñ hanc compositionem non conferre pro foro externo, neq etiam comparente postea vero Dño, sed solum in foro conscientie, et tunc debita vere sunt hoc e, incertis Dñis, non tñ teneretur restituere debitor illam summam quam dedit pro compensatione compositione faciendaa, quia illam bona fide, expendit in utilitatem Dni.

Infero ultimo, quid dicendum sit de rebus in, ventis quarum Dñus ignoretur etiam facta diligenti inquisitione, nam ex dictis habetur hac bona non pœe retineri ab inventore propter presumpam volun, tatem

fatem Dnorum, sed applicanda eē vel pauperibz vel ad  
 pios vsus. Aligui tñ censent eadem rite licite retineri.  
 Ita Sotus, Nauarra, et alij quorum sententiam probabilem  
 censet Lessius vbi supra dicit. 7. Vasquez de restitutione  
 cap. 5. Materus tract. 4. cap. 4. dub. 3. qui alios adfert  
 conis tñ sentia d. negat cum S. Thoma in gras. q. 62. art.  
 5. ad 3. nec possumus negare in praxi probabilitatem con-  
 traria opinionis. de thesauris autem e ratio peculiaris,  
 de qua Vasquez loco cit. dub. 2. num. 22.

Queres: quando debitor dat debita pauze-  
 ribus, quomodo illa elemoyna prosunt creditori defuncto,  
 non enim prosunt vt meritum, cum non sit in statu me-  
 rendi; non etiam videtur prodesse per modum suffragij  
 satisfactionis, quia defunctus non habuit voluntatem  
 illius elemoyna, et licet habuisset, tunc quidem satis-  
 fecisset non vero nunc, quia iam non est in statu satis-  
 faciendi, vt dixi in Tractatu de Poenitentia sect. 2.

Dub. 9. Deniq. non prosunt per modum suffragij, quia  
 sic tenetur debitor eē in statu grāe dum dat elemo-  
 ynam; Deo existimo tutiorem et vtiliorem modum  
 restituendi eē, si expendantur illa bona in Sacrificijs,  
 pro anima defuncti, deinde si fiant elemoyna ab ali-  
 quo qui probabiliter credatur eē in grāe, quamuis non  
 videatur eē talis obligatio, neg enim habet tenetur re-  
 ponere in statu grāe, vt faciat elemoynas tibi impo-  
 sitas a testatore.

Tertium dubium principale esse potest:  
 Vtrum qui furando minima la singulis acquirit  
 magnam quantitatem peccet mortaliter et beneatur  
 sub mortali restituere. Exemplum eē illius qui ven-  
 dit vinum et singulos fraudauit in obulo, ex his tñ ac-  
 quirat duo scuta; Negant aligui eē peccatum graue,  
 etiam si fiat ex animo acquirendi magnam quantita-  
 tem, sed reijciuntur eōnter ab alijs omnibz. videt-  
 atur Molina dicto tom. 3. disp. 689. Lessius, et San-  
 chez. et merito, videtur enim ex eo sequi eum qui ab  
 aceruo tribui totius ciuitatis furaretur magnam quan-  
 titatem non peccare grauitus, quia singulis ciuibz  
 parum nocet; deinde cum qui vno titulo exigeret  
 tributum vel gabellam minimam ab omnibz transeun-  
 tibus

tibus aliquem pontem non peccaturum, grauitur,  
quia singulos leuissime taderet, quia oia absurdissima  
sunt, vnde apud oes pessime audit qui talia facit et  
in S. Scriptura damnantur, dicitur e. Proverb. 11.  
Dolera dolera abominatio est apud Deum et Deuteronom.  
25. non habetis in sacco diuersa pondera manus et minus etc  
abominatur enim Deus eum qui facit hoc. Ratio a  
priori videtur ee quia in eo casu creditores sunt notabi,  
liter iniuti, ad hoc enim non requiritur singulos fuisse  
grauitur laesos formaliter, satis est fuisse laesos grauitur  
quasi radicaliter, hoc e, in ea re, quae nisi grauitur pro,  
hibeatur maximum sequitur inconueniens contra bonam  
publicam et indemnitatem singulorum ciuium, si enim  
liceret unicuique ditescere, praedando mensuras, falsifi,  
cario stateras et alia, quae est facies Republicae, quae  
securitas, qui mores, sicut ergo grauitur prohibetur  
pollutio procurata, quia licet ex vna aut altera non se,  
quatur graue damnum contra prolem, sequeretur tamen max,  
imum si non prohiberetur ois pollutio, sic licet in hoc  
casu non taderet grauitur aliquis ciuis, taderetur tamen  
grauiissime, si haec iniuria non prohiberetur grauitur, atq,  
ideo singuli sunt grauitur iniuti.

Hinc infero primo diuersam ee rationem si ali,  
quis a diuersis pluris minuta accipiat non ex animo aut  
conuilio congregandi magnam aliquam summam, sed casu,  
tunc enim non ita ruit singuli iniuti grauitur, nam ex  
illo modo accipiendi non ita facile sequuntur incon,  
uenientia, et licet hoc etiam peruenire possit ad obli,  
gationem grauem restituendi, facilius tamen hoc excusatur  
a culpa graui, quando per magna interualla et in diuer,  
sis negotiis accipiunt illa modica, non enim ita facile  
punientur, quare attente considerandum e, an Dm sint  
grauitur vel leuiter iniuti circa retentionem sic accep,  
torum.

Infero 2do maiorem etiam quantitatem re,  
quiri ad hoc ut furta modica facta casu eidem persona  
perueniant ad graue peccatum, quasi fiant ex animo  
et conuilio, maiorem item quando fiant per, longa quam  
per breuia interualla, tantum e. temporis et intercedere  
inter illa, ut non puniantur moraliter in ordine ad reddend,  
dum

dum Quam graviter inuitum.

144.

Infero 3tio eum qui sub peccato graui te-  
netur iam restituere ea que per alia furta inuicem abdu-  
lit, satisfacere huic graui obligati restituendo eam quan-  
titatem qua dempta non manet materia sufficiens ad mor-  
tales; v. g. aliquis abstulerat duodecim, que requirebantur  
ut obligent ad restitutionem sub mortali, si restituit qua-  
tuor non peccat mortaliter si retinendo illa octo, que se-  
solis non sufficiunt ad quantitatem vel obligationem gra-  
uem, quia eum tota malitia <sup>huc</sup> consistat consistat in reten-  
tione illius notabilis quantitatis ex duodecim postea demp-  
tis quatuor non retinentur iam duodecim, et per conse-  
quens non manet retentio mortalis ex obiecto, ita docet  
Navarra lib. 3. cap. 1. num. 60. cuius sententia licet  
ab alijs impugnatur, videtur tñ habere rationem satis pro-  
babilem, et eam sequitur etiam Granada in prima Doct.  
in materia de Peccatis tract. 2. disp. 2. num. 51. ubi  
addit ulterius non peccare mortaliter illum qui postquam  
acceperat et consumperat aliqua furto accepta, furatur  
alio quod cum illis prioribus complet quantitatem nota-  
bilem, si tñ tunc quando illud ultimum accipit non habeat  
vnde soluat priora, et abunde habet animum illos priora  
soluendi, quia tunc non peccat ratione retentionis priorum,  
neg etiam ratione huius ultimi furti quod secundum se  
leue est; quod tñ ultimum videtur difficile, quia per illud  
ultimum furum tacit notabiliter proximam, vnde videtur  
quod habeat etiam obligationem restituendi, quia nascitur ex  
retentione iniusta seu latigne iniusta conservatur, qua  
tolletur si restituat illud ultimum quod abstulit.

Quarto dubitari potest de impediente iniusti  
aliquem a consecutione alienius boni, an et quomodo  
teneatur ad restitutionem. de hoc tamen diximas supra  
disp. 3. sect. 9. Reliqua que ad hanc materiam Res-  
tutionis spectant, cogimur finito iam anno ad obuios  
Auctores remittere. Sufficiat potissima pene-  
ta tetigisse.

*[Faint, mostly illegible handwritten text in a cursive script, likely Latin or German, covering the majority of the page.]*

*[Faint handwritten text on the right margin, partially overlapping the main text.]*

*[Faint handwritten text on the right margin, partially overlapping the main text.]*